



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

dioceses, prælature comuelluntur, relinquuntur, deuastantur ita ut neglecto & perdiço populo, dei verbo, nomine & gloria pessum eunte, fides q̄c interea, ut tandem eiusmodi collegia & officia non modo indoctis, in episcis & indignis, verum etiam pleraq; Romanis maximis & primo, ribus omnium nebulonum in toto orbe terrarum contingant. Itaq; ad dei culturam, ad prædicandum populo, regendum, & corrigendum fundata sunt, oportet nunc equis sonibus, stabularijs, mulionibus, imo ne quid impudentius dicam, Romanensibus scortis & scortatoribus seruire, vnde tamen non plus gratitudinis ad nos redit, quam quod nos vicissim ut fatuos derident.

DECIMO.

¶ Postq; ergo hæ intolerabiles ineptiae omnes sub nomine dei & S. Petri fiunt, quali vero dei nonnen & Ecclesiastica potestas instituta sit ad dei gloriam dedecori & libidio habendam, Christianam rempublicā in corpore & anima perdendam, debemus certe quantum a nobis fieri potest, resistere. Hicenim oportet nos facere ad exemplum proborum filiorum, quorum parentes mente capti sunt, & primo omnium dispi- cere, vnde hoc ius natum sit, ut ad dei culturam vel alendos nostros filios fundia & instituta permittenda sint. Rome degentibus contingere & seruire, & hic ubi esse conuenit omittere. Cur ita insanimus? Episcopis igitur & Ecclesiasticis primoribus hic adeo cessantibus, ut non solū non resistant, sed etiam timeant & Christianam rempublicam ita perire permittant, primum inuocato humiliter deo ad repugnandum his malis, deinde manu rem aggressi, interdicta Romanensibus tabellarij via mansuete & ciuiliter renunciemus, si velint sacerdotijs sive beneficijs ecclesiasticis bene & fideliter præesse, ut ea coram possideant, populū concionibus & bonis exemplis docentes. Quod si nolint, sive Romæ sive alibi degant, templa deuastantes & diripientes, permittantur Pontifici Rho, cui seruiunt, alendi. Necq; enim decet ut Pont. Rho, eius ministros, eius vulgus, imo eius scortatores & scorta nutriamus, cū iactura & pernicie nostrarum animarum. Ecce hi veri essent Turca, primi omnia regibus, principibus, & nobilitate inuadendi, non cum spe & cogitatione priuati commodi, sed amore soli reipublice Christianæ, & ad impedienda scandalū & offendicula, & blasphemias diuini nominis. Ita ergo illiusmodi sacri sive spirituales nobis fuerint tractandi & habendi, ut pater furiosus, qui nisi cum timore tamen & reverentia caperetur & coerceatur posset & filios & patrimonium & omnia perdere. Sic habenda est quidem a nobis Romana potestas honorifice, ut summus noster pater, sed tamen quia insaniunt & furiant a proposito suo ita arcendi, ne per id Christiana res publica pessum eat.